SENTENTIA DECLARATORIA INNOCENTIAE R.P.D. IOANNIS ANGELI...

Digitized by Google

CHRISTI Nomine inuocato. Pro Tribunali
ſeden. & ſolum Deum præoculis habentes per hanc
noſtram diffinitiuam Sententiam quam de Iuriſperi
torum conſilio ferimus in his ſcriptis: In cauſa, &
cauſis quæ coram nobis inter Magnificum Virum
& V. I. D. Dominum Alexandrum Palante-
rium S. D. N. Papæ, & Cameræ Apoſtolicæ
Procuratorem Fiſcalem, & Capitulum, & Cano-
nicos, Cathedralis Eccleſiæ Ciuitatis Grauineñ, atq; Vniuerſitatem, & ho-
mines ipſius Ciuitatis, & Angelum Antonium de Amatis eorum prætenſum
Procuratorem, & Principalem reſpectiuè quærellantes inſtigatores ſeu Fiſco-
adhærentes, & agentes ex Vna, & R. P. D. Io. Angelum Peregrinum
Epiſcopum Grauineñ, de & ſuper nonnullis prætenſis eidem imputatis crimi-
nibus exceſſibus & delictis, & præſertim prætenſa extorſione charitatiui sub
ſidij, & quarundam aliarum pecuniarum illarumq; ſolutione, Prætenſo ac-
ceſſu in Proceſſionibus (ut dicebatur) irreuerenter, & immodeſto habito,
atq; prætenſis Simonia in collatione beneficiorum, uel alias diuerſimode com-
miſſa, & facta, Prætensorum falſorum teſtium inductione, inſtructione, &
ſubornatione, Spretis, & neglectis excommunicationibus, & cenſuris Eccle
ſiaſticis, Cuiuſdam prætensæ Virginis defloratione. Blaſphemijs, Maledicen
tijs, Seminatis diſcordijs. Prætenſa oblocutione de Summo, & Sanctiſſimo
Pontifice. Quibuſdam percuſſionibus in Archidiaconum, & alios Præsbyte-
ros (ut prætendebatur, illatis, & cenſuris, & pœnis propterea incurſis, nec
non super Impedimento ne quædam miſſa Conuentualis celebraretur (ut inte
rim) & ante ipſam Capitulum Eccleſiæ Grauineñ, pro reuocañ quoſdam
Procuratores congregaretur Miſſarum celebratione per ipſum D. Epiſcopum
(ut dicebatur) facta nulla præcedente peccatorum ſuorum confeſſione. Tur
batione prædicationis, & aliorum diuinorum Officiorum, Prætenſis Iniurijs,
& Percuſſionibus in Annibalem Sanctorem, Ac prætenſo homicidio in per-
ſonam Apocalipſis de Apocalipſibus (ut prætendebatur) commiſſo, licentia
examinandi, & deponendi ad offenſam (ut dicebatur) conceſſa, & ad de-
fenſam denegata. Interuentu eiuſdem D. Epiſcopi in cauſis Criminalibus.
Necnon prætenſarum literarum citationem, & inhibitionem à D. tunc Au-
ditore, ſiue Regen. Cameræ emanatam continentium interceptione. Aſſer-
tisq; impedimentis per dictũ D. Epiſcopum, ſeu Magnificum. Cæſarem Pe-
regrinum. eius fratrem Germañ eiſdem literis (ut dicitur) præſtitis. & da-
tis. Et quadam prætenſa exequutione contra quendam Marianum de Gliſis
(ut dicebatur nulliter uel alias indebite) & iniuſtè facta. Et prætenſis scan
dalis præmiſſorum occaſione exortis, Rebusq; alijs latius in actis, & pro-

teſſibus, tam in partibus quàm hic in Vrbe confectis, & in actis Notary cauſæ, & cauſarum huiuſmodi deductis, & illorum omnium occaſione Reum conuentum partibus ex altera in prima ſeu ulteriori uerſe fuerunt; & uertuntur inſtantia, dicimus. Sententiamus, Pronunciamus, Decernimus, & Declaramus Præfatum R. D. Ioannem Angelum, Epiſcopum Grauineñ repertum non culpabilem neç de Iure punibilem. Quinimo ex deductis & probactis per eum, & ad eius defenſam, & excuſationem. INNOCENTEM *ab omnibus, & ſingulis præfatis Prætenſis delictis criminibus exceſſibus, & omnibus alÿs imputationibus eidem D. Epiſcopo in dictis proceſſibus, & actis datis, & reſpectiue imputatis, ac à quocunq; illorum reatu, & pœna atq; ab omnibus inquiſitionibus querelis accuſationibus, & proceſſibus quomodolibet formatis, & factis, & à contentis in eis abſolueñ, & liberañ fuiſſe, & eſſe prout abſoluimus, & liberamus. Inquiſitionesq; accuſationes querellas, & proceſſus, & cõtenta in eis quæcunq; caſſañ irritañ annullañ, & abolenda fore; & eſſe prout effectualiter Caſſamus, irritamus, annullamus, & abolemus, ac caſſari, irritari, annullari, & aboleri.* Decernimus, *& mandamus, Ipſumq; D.* Epiſcopum *amplius, & de cætero, ac ullo unquàm tempore, præmiſſorum occaſione uel aliquorum ex eis moleſtañ, uexañ, aut quomodolibet Inquietandum non fuiſſe, uel eſſe prout moleſtari, uexari, aut quouiſmodo inquietari non poſſe, nec debere.* Decernimus, *& mandamus,* Declarantes *etiam per præfatos proceſſus, Inquiſitiones, accuſationes, & alia præmiſſa, cæteraq; contra eum facta, & ſecuria ipſius D. Epiſcopi, ac honori, dignitati, & famæ preiudicium aliquod etiam minimum non fuiſſe, nec extitiſſe illatum, nec factum.* Et *nihilominus ipſum ſi & quatenus opus ſit, ad Honores, Dignitates,* Gradus, *Famam, & ad priſtinum, & cum in quo ante aſſertos proceſſus. Inquiſitiones, querellas, & alia præfata erat ſtatum pleniſſime, ac in omnibus, & per omnia reſtitueñ, reponeñ, & reintegrandum fore, & eſſe prout Reſtituimus, reponimus, & reintegramus, & pro plenariè reſtituto, reintegrato, & repoſito habere Volumus, & mandamus. Moleſtationes quoq; Turbationes, Vexationes, & Inquietationes eidem D. Epiſcopo per Præfatos D. Procuratorem Fiſcalem, adhærentes querellantes, & inſtigatores, Datas, illatas, & factas fuiſſe, & extitiſſe illicitas, indebitas temerarias, & iniuſtas, & illas minime licuiſſe, & licere inferri & ſuper illis Perpetuum ſilentium Fiſco, & Curiæ, ac D. Procuratori Fiſcali, & inſtigatoribus, & aliis quibuſcunq; intereſſe prætendentibus imponendum fore & eſſe prout imponimus. Promiſſiones & obligationes per ipſum R. D. Epiſcopum, uel pro illius parte, tam de ſe repreſentando, et ab Vrbe non diſcedendo quàm alias quomodolibet factas Datas, & præſtitas caſſañ annullañ, & abolendas fore, &*

ſe prout, Caſſamus, annullamus, & abolemus, ac ipſum à Promiſſionibus, & obligationibus præfatis, Abſoluimus, & liberamus. Necnon præfatos Capitulum, et Canonicos, ac Vniuerſitatem, & homines Ciuitatis Grauineñ, & prædictum Angelum Antonium de Amatis in expeñ damnis, & intereſſe per prædictum D. Epiſcopum præmiſſorum occaſione factis, & paſſis condemnañ fore, & eſſe prout, Condemnamus, Quarum taxationem Nobis uel cui de Iure competierit impoſterum reſeruamus. Et nihilominus reſeruantes eidem Capitulo Ius ſi quod ei competit agendi ciuiliter tantum ſuper dictarum pecuniarum recuperatione prout, Reſeruamus omni meliori modo &c.

Ita Pronuntiamus Nos Io, Baptiſta Cardinalis Sancti Clementis Iudex & Commiſſarius.

Ita Pronunciaui Ego Hieronimus Epiſcopus Marturañ Gubernator, & Commiſſarius.

Petrignanus Petrignanus Not.

PIVS PP. IIII.

MOTV Proprio &c. Dudum Nos ex pluribus iuſtis, & rationabilibus cauſis animum noſtrum tunc moueñ omnes & ſingulas cauſas criminales contra Venerabiles Fratres Archiepiſcopos, & Epiſcopos pro tempore tam ad Fiſci quàm priuatarum perſonarum inſtantiam motas & impoſterum moueñ ad nos aduocauimus, & illas Venerabilibus Fratribus Io. Michaeli tituli Sanctæ Anaſtaſiæ Saraceno nuncupato, & Io. Baptiſtæ Tituli Sancti Clementis S. R. E. præsbyteris Cardinalibus audieñ, & terminañ commiſimus ut in Motu proprio manu noſtra propria ſubſignato latius continetur. Et deinde introductis coram eiſdem duobus Cardinalibus inter Fiſcum noſtrum Apoſtolicum illiuſq; Procuratorem Fiſcalem, ac vniuerſitatem, & homines etiam forte particulares Ciuitatis Grauineñ, ac Capitulum, & Canonicos ipſius Eccleſiæ & quendam Angelum Antonium de Amatis, ſeu alios forſan Fiſco adhæreñ uel aliter inſtigantes Agentes ex una, & Venerabilem Fratrem Io. Angelum Peregrinum Epũm Grauineñ, Reũ, Conuentum partibus ex altera. Nonnullis litibus, & cauſis criminalibus quæ etiã forſan antea coram Reuerendiſſimo tunc Regeñ Cameræ cæptæ fuerũt de, &

ſuper

ſuper pluribus prætenſis criminibus exceſſibus, & delictis, etiam grauibus eiſ-
dem Epiſcopo imputatis, & obiectis; Vt latius in proceſſibus, & inquiſitioni-
bus tam in partibus quam hic in Vrbe agitatis, & factis, & illorum occaſione
deductis & coram eiſdem Cardinalibus ut ſupra deputatis agitato ſuper præ-
miſſis certo proceſſu. Nos Venerabilem fratrem Iacobum tituli Sanctæ Ma-
riæ in Via de Puteo nuncupatum præsbyterum Cardinalem eiſdem Duobus
Cardinalibus dedimus in adiunctum, & ipſis tribus cognitionem, & deciſio-
nem cauſæ & cauſarum huiuſmodi demandauimus ut in alio noſtro Motu
proprio conſtat. Coram quibus tribus Cardinalibus proceſſu præfato pro cer-
ta alia parte continuato, & pendente, iidem Cardinales Venerabilem fratrem
Hieronimum de Federicis Epiſcopum Marturanum Almæ noſtræ Vrbis Gu-
bernatorem in cauſa & cauſis huiuſmodi uſq; ad ſententiam excluſiue ſubde-
legarunt, modo, & forma latius in ipſa ſubdelegatione contentis. Coram quo
ſubdelegato continuato, & perfecto proceſſu. Nos celeriori litium præfatarum
expeditioni (quæ ultra biennium durauerant) incumbentes, & difficultatem
dictos tres Cardinales in Vnum congregandi conſiderantes cauſas omnes præ-
fatas in terminis in quibus reperiebantur præfatis Io. Baptiſtæ tituli Sancti
Clementis Cardinali, & Hieronimo de Federicis Epiſcopo Marturano Guberna-
tori per ipſos duos cognoſceñ, & terminañ commiſſimus ut in alio Motu pro-
prio noſtro ſimiliter continetur. Coram quibus Cardinali ſancti Clementis &
Gubernatore longa & matura de meritis, & proceſſibus cauſarum præfata-
rum, & de contentis in illis habita diſcuſſione maximaq; cauſæ cognitione ad-
hibita factaq; nobis per D. Vrbis Gubernatorem plena de eiſdem ſtatu, &
meritis cauſarum præfatarum, & ſignanter de præmiſſis prætenſis eidem Epi-
ſcopo imputatis crimibus exceſſibus & delictis omnibusq; in proceſſibus cõtra
eum formatis contentis relatione. Nos expeditionem cauſæ præfatæ eiſdem
Cardinali ſancti Clementis, & Vrbis Gubernatori. Item uiuæ uocis oraculo
cõmiſſimus qui deniq; Iudices ad plenam instructam, et uiſis uideñ ſententiam
diffinitiuam in Epiſcopi Grauineñ fauorem, et cõtra dictos eius aduerſarios pro-
tulerunt in qua, et per quam eundem Epiſcopum repertum non culpabilem,
quinimo ex deductis, et probatis per eum ad eius defenſam, et excuſationem.
Innocentem, ab omnibus, et ſingulis præfatis prætenſis delictis criminibus
exceſſibus et omnibus aliis imputationibus eidem in dictis proceſſibus, et actis
datis, et reſpectiue imputatis a quocunq; illorum reatu, et pœna atq; ab omni-
bus inquiſitionibus querellis accuſatioñ. et proceſſibus quolibet formatis, et
factis, et à contentis in eis abſoluerunt, et liberarunt. Inquiſitioneſq; accuſa-
tiones, querellas, & proceſſus, ac contenta in eis caſſarunt irritarunt, et abole-
rant, ac caſſari, irritari, et aboleri mandarunt, Ipſumq; Grauineñ Epiſcopum
amplius, et de cætero, ac ullo unquàm tempore præmiſſorum uel aliquorum ac

*eis occaſione moleſtañ uexañ,et inquietañ non fuiſse uel eſse, et quouiſmodo
inquietari non poſse decreuerunt, Declarantes etiam per præfatos proceſsus
inquiſitiones,accuſationes,et alia præmiſsa cæteraq; contra eum facta, et exe-
quuta ipſius Epiſcopi honori,dignitati,et famæ præiudicium aliquod,et minimè
non fuiſse,nec extitiſse illatum,nec factum. Et nihilominus Eum ſi et quate-
nus opus ſit ad honores,dignitates, gradus,famam,et ad priſtinum, et eum in
quo ante aſsertos proceſsus, Inquiſitiones quærellas, et alia præfata erat statū
pleniſsime,ac in omnibus,et per omnia reſtituerunt,repoſuerunt,et reintegra-
runt,moleſtationes quoq;,turbationes,et uexationes eidem Epiſcopo per præfa-
tos Procuratorem Fiſcalem,adhærentes,quærellañ,et inſtigatores datas,illatas,
et factas, fuiſse,et extitiſse illicitas, indebitas,temerarias,et iniuſtas, et illas mi-
nimè licuiſse,et licere inferre declarañ,et ſuper illis perpetuum ſilentium Fiſco
et Curiæ,ac D. Procuratori Fiſcali,et Inſtigatoribus,et aliis quibuſcunq; intereſ-
ſe prætendentibus impoſuerunt. Et promiſsiones, et obligationes quaſcunque
per Epiſcopum tā de ſe repreſentañ,et ab Vrbe non diſcendeñ. quàm alias quo-
modolibet factas,et præſtitas,caſsarunt,et præfatos Capitulum, et Canonicos,
ac Vniuerſitatem,et homines Ciuitatis Grauineñ,et præfatum Angelum An-
tonium de Amatis uti eius Procuratorem in expeñ damnis,et intereſse per præ-
fatum Epiſcopum præmiſsorum occaſione factis,et paſsis condemnarunt,quam
taxationem Eis uel cui alias de iure competierit,reſeruarunt. Saluo tamen
et reſeruato dictis Canonicis,et Capitulo Grauineñ omni eorum prætenſo iure
ſi quod,et prout eis de Iure competit ciuiliter ageñ ad repetitionem Scutorum
Trecentorum per Venerabilem Epiſcopum Grauineñ(ut dicitur) alias habito-
rum et pro ut latius in Sententiā præfata continetur. cuius tenorem Volumus
hic pro ſufficienter expreſs. haberi,perinde,ac ſi illa de uerbo ad uerbum hic in-
ſerta eſset, Quæ quidem Sententia licet ab ea appellatum fuerit ob id quòd
appellantes appellationem ipſam intra tempus à Iudicibus eis expreſsum mini-
mè proſequuti fuerunt. Ac quia aliqui ipſorum appellationi,et ſeu cauſæ,et
liti ceſserunt,in rem tranſiuit iudicatā. Nos autem attendeñ lites præfatas qua-
ſi per triennium agitatas,et uentilatas fuiſse,et in illis, ac circa illas illarumq;
cognitionem,et deciſionem: longam et exactiſsimam per Iudices præfatos adhi-
bitam fuiſse diſcuſsionem,maturamq; interueniſse cauſæ cognitionem, et ple-
niſsimè nobis de litibus, & cauſis præfatis, & illarum meritis, & proceſsibus,
ac cōtentis in eis innotuiſe,et conſtitiſse. Eundemq; Epiſcopum in ipſis litibus
et illarum proſequutione,et expeditione maxima diſpendia damna, et incom-
moda,ac iacturas ſubſtuliſse,et paſsum fuiſse. Atq; eiuſdem Epiſcopi probi-
tatem,et uitæ honeſtatem,laudabiles mores, religionem,uirtutem, et magnam
in nos,et hanc Sedem noſtram Apoſtolicam deuotionem attendentes. Ipſumq;
ab oppreſsionibus,et iniuſtis calūnioſis perſequutionibus,falſis accuſationibus,*

& indebitis moleſtationibus, hactenus eidem datis & præſtitis ſubleuare ſicut decet, Cupientes ſtatum, & merita omnium præmiſſorum, ac litium, & cārum huiuſmodi, necnon prætenſa crimina delicta, & exceſſus eidem Epiſcopo imputata, & eorum prætenſas circunſtantias, & qualitates, etiam aggrauantes, atq; ueriores tenores, modos, formas, & ſubſtañ proceſſuū, & aliorum præfatorū, & Sñtiā præfatā, & omnia alia hic forſan de neceſſitate exprimēda pro plene, & ſufficiēter expreſſis hñtes. Et ex certa noſtra ſciētia. Motu ſimili, ex certa sciētia, et de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, et alias omni meliori mō etc. Memoratā Sñtiam in fauorē Epiſcopi Gerūnen latā, quæ ut præmittitur in rem tranſiuit Iudicatam, & omnia alia, & ſingula in ea contenta auctoritate noſtra Apoſtolica harum ſerie approbamus, & confirmamus, illiq; et contentis in ea perpetuum & inuiolabile firmitatis, & ualiditatis robur adijcimus, ac illam ualidam firmam, efficacem inuiolabilem, et irretractabilem perpetuo fore & eſſe, ac omnes ſuos plenarios effectus omnemq; exequutionem ſortiri debere decernimus, & declaramus, omnes, & quoſcunq; iuris, & facti defectus ſiqui in illa et circa illam forſan interueniſſent omni modo ſupplentes, eiuſdem Epiſcopi aduerſarijs perpetuum ſilentium imponimus. Et nihilominus etiam ad abundantem cautellam et quatenus opus ſit eundē Epiſcopū uti Innocentem, & inculpabilem à præmiſſis omnibus & ſingulis eidem imputatis criminibus & delictis abſoluimus, et liberamus, ac eundem ſi et quatenus opus ſit ad honores, dignitates, gradus, famā, patriā beneficia, bona, et alia quæcunq; atq; eum priſtinum in quo ante præmiſſa erat ſtatum plenariæ ac in omnibus, et per omnia reſtituimus, reponimus, et reintegramus. Mandantes, et decernentes eundem Epiſcopum præmiſſorum occaſione decetero et ullo unquam tempore moleſtari, grauari, et inquietari non poſſe nec debere Iudicialiter uel extra ſed perpetuo tutum liberum, et ſecurum fore et eſſe. Præſentesq; noſtras literas perpetuo firmas ualidas, efficaces, et irreuocabiles eſſe ac de illarum ſubreptionis uel obreptionis, aut intentionis noſtræ defectu, dici, opponi, aut ex alia quacūq; cauſa cogitabili, uel incogitabili, de iure uel de facto, impugnari, notari, uel argui non poſſe. Nec contra eaſdem aliquid dici, opponi, excipi, agi, deduci, allegari, et probari. Ac præſentes literas ad probationē omnium præmiſſorum, abſq; alia aliqua iuſtificatione, et probatione ſufficere. Sicq; per quoſcunq; Iudices etc. etiam Sacri palatij Apoſtolici cauſarum Auditores, et S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos in quacunq; inſtantia etc. Iudicari, diffiniri, et determinari debere etc Sublata aliter iudicādi, et interpretandi etc. Irritum quoq; etc. Decernimus. Conſtitutionibus, et ordinationibus Apoſtolicis, legibus, ſtatutis, prouiſionibus, indultis quoq; et priuilegiis, præter uel contra præmiſſa quomodolibet diſponentibus et prohibentibus præfata fieri, et concedi poſſe, etiam reiteratis, et innouatis, ac iuramento, et quacunq; alia firmi

te roboratis. Cæteriſq; contrarijs quibuſcunq; non obſtantibus, etiam ſi ta-lia eſſent quæ ad illorum derrogationem, ſpecialem, et expreſſam exigerent men-tionem. Quibus omnibus ad effectum præſentium illis etc. alias in ſuo robore permanſuris ſpecialiter, et expreſſe derrogamus. Et quòd præſentis noſtri Motus proprij ſola ſignatura ſufficiat, et ubiq; fidē faciat in iudicio, et extra, regula contraria non obſtante. Vel per Breue extenſum expediri poſsint ſi eidem Epiſcopo uidebitur.

Placet Motu proprio. I.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Non. Martii Anno Quarto.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE